

# The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

## Prelacio h cum uariis

Nichil in hoc seculo excellencius sacerdotibus, nichil sublimius episcopis reperiri potest ut cum dignitatem eorum oculis demonstramus, digne noscamus quid sumus et quod sumus professione, actione potius quam nomine demonstramus ut nomen congruat actioni et actio respondeat nomini, ne sit honor sublimis et uita procliuus, ne sit deifica professio et illicita actio, ne sit religiosus amictus et irreligiosus profectus, ne sit gradus excelsus et deformis excessus, ne locucionem simulemus columbinam et mentem habeamus caninam, ne professionem monstremus ouinam et ferocitatem habeamus lupinam, ut digne nobis respondeatur per prophetam a Domino: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.

Ambrosius ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

reperiri potest] potest reperiri C; quod] quid L<sup>2</sup>; sumus professione] simus professi M; congruat] congruant P V<sup>1</sup>; actio ne] actione M; ne] nec V<sup>1</sup>; ferocitatem] ferocitata (*cor. infra*) C; ut] ne V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; per prophetam a Domino] a Domino per prophetam] P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Ambrosius *om.* L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>